POSTCOMMUNION COLLECTS

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum.

*O almighty God, we humbly beseech Thee, that Thou wouldst grant to those whom Thou dost refresh with Thy Sacraments that they may serve Thee worthily by a manner of life pleasing to Thee. Through our Lord.*

Refectióne sancta enutrítam gubérna, quǽsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiam: ut, poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum.

*O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord.*

DISMISSAL & BLESSING

LAST GOSPEL *St. John 1. 1-14* — Red Missal, page 48

PRAYERS AFTER LOW MASS — Red Missal, page 50

FINAL HYMN AS WITH GLADNESS MEN OF OLD — Handout

* * *

CELEBRANT: The Reverend Peter Hrytsyk

*

✠ *WELCOME* to Historic Our Lady of the Assumption Church for the celebration of the Holy Sacrifice of the Mass according to the Traditional Latin "Extraordinary" Form. Join us as we render glory to God according to Holy Mother Church's historic liturgy, employing her rich treasury of sacred music. The Tridentine Mass is celebrated here at Assumption every Sunday at 2:00 PM and every Tuesday at 7:00 PM.

✠ *TODAY'S MASS INTENTION:* For the repose of the soul of Earl Amyotte, requested by Anne Marie Stephens

✠ *EVENINGS OF RECOLLECTION:* Fr. John Johnson will be offering evenings of prayer, reconciliation, and reflection here at Assumption Church on the second Thursday of the month for women and the fourth Thursday of the month for men. Specific dates are as follows:

January 13 (women) and January 27 (men)
February 10 (women) and February 24 (men)
March 10 (women) and March 24 (men)

Confessions will be heard between 3:00 and 5:00 PM, and from 6:30 to 7:00 PM, when the first meditation begins. Confessions are available again from 7:30 to 8:15 PM, with the second meditation beginning at 8:15 and ending at 8:45 PM.

✠ *RED LATIN/ENGLISH MISSALS ARE AVAILABLE FOR SALE* after Mass at the missal table at the back of the church for $5.00 each. These missals can help familiarize yourself, family, and friends with the Traditional Latin Mass.




ASSUMPTION CHURCH
350 Huron Church Road
Windsor, Ontario N9C 2J9
(519) 734-1335 / (248) 250-2740
www.windsorlatinmass.org


January 11, 2011 — 7:00 P.M.

# FERIA OF THE FIRST SUNDAY AFTER THE EPIPHANY

*With Commemoration of St. Hyginus, Pope & Martyr*

* * *

OPENING HYMN WHAT STAR IS THIS — Blue Hymnal #31

INTROIT

In excélso throno vidi sedére virum, quem adórat multitúdo Angelórum, psalléntes in unum: ecce cujus impérii nomen est in ætérnum. *Ps. 99. 1* Jubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. ℣. Glória Patri. In excélso throno.

*Upon a high throne I saw a Man sitting, whom a multitude of Angels adore singing together: Behold Him the name of whose empire is for ever.* Ps. 99. 1 *Sing joyfully to God, all the earth: serve ye the Lord with gladness.* ℣. *Glory be to the Father. Upon a high throne.*

KYRIE ELEISON — Red Missal, page 14

GLORIA IN EXCELSIS DEO — Red Missal, page 15

COLLECTS

Vota, quǽsumus, Dómine, supplicántis pópuli cæléstí pietáte proséquere: ut et, quæ agénda sunt, vídeant, et ad impléndа, quæ víderint, convaléscent. Per Dóminum.

*We beseech Thee, O Lord, hear of Thy heavenly goodness the prayers of Thy suppliant people: that they may both perceive what things they ought to do, and also may have power to fulfill the same. Through our Lord.*

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et per beátum Hygínum, Mártyrem tuum atque Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem. Per Dóminum.

*Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of blessed Hyginus thy Martyr and Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted Shepherd of the whole Church. Through our Lord.*

EPISTLE *Romans 12. 1-5*

Fratres: Óbsecro vos per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum. Et nolíte conformári huic sæculo, sed reformámini in novitáte sensus vestri: ut probétis, quæ sit volúntas Dei bona, et benéplacens, et perfécta. Dico enim per grátiam, quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: Non plus sápere, quam opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem: et unicuíque sicut Deus divísit mensúram fídei. Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúndem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter altérius membra: in Christo Jesu Dómino nostro.

*Brethren: I beseech you, by the mercy of God that you present your bodies a living sacrifice, holy, pleasing unto God, your reasonable service. And be not conformed to this world, but be reformed in the newness of your mind, that you may prove what is the good, and the acceptable, and the perfect will of God. For I say, by the grace that is given me, to all that are among you, not to be more wise than it behoveth to be wise, but to be wise unto sobriety and according as God hath divided to every one the measure of faith. For as in one body we have many members, but all the members have not the same office; so we, being many, are one body in Christ, and every one members one of another; in Christ Jesus our Lord.*

GRADUAL *Psalm 71. 18, 3*

Benedíctus Dóminus Deus Israël, qui facit mirabília magna solus a sæculo. ℣. Suscípiant montes pacem pópulo tuo, et colles justítiam.

*Blessed be the Lord, the God of Israel, who alone doth wonderful things from the beginning. ℣. Let the mountains receive peace for Thy people and the hills justice.*

ALLELUIA

Allelúja, allelúja. ℣. *Psalm 99. 1* Jubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúja.

*Alleluia, alleluia.* ℣. Psalm 99. 1 *Sing joyfully to God, all the earth: serve ye the Lord with gladness. Alleluia.*

GOSPEL *St. Luke 2. 42-52*

Cum factus esset Jesus annórum duódecim, ascendéntibus illis Jerosólymam secúndum consuetúdinem diéi festi, consummatísque diébus, cum redírent, remánsit puer Jesus in Jerúsalem, et non cognovérunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu, venérunt iter diéi, et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non inveniéntes, regréssi sunt in Jerúsalem, requiréntes eum. Et factum est, post tríduum invenérunt illum in templo sedéntem in médio doctórum, audiéntem illos et interrogántem eos. Stupébant autem omnes, qui eum audiébant, super prudéntia et responsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit Mater ejus ad illum: Fili, quid fecísti nobis sic? Ecce pater tuus et ego doléntes quærebámus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse? Et ipsi non intellexérunt verbum quod locútus est ad eos. Et descéndit cum eis, et venit Názareth: et erat súbditus illis. Et Mater ejus conservábit ómnia verba hæc in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia et ætáte et grátia apud Deum et hómines.

*When Jesus was twelve years old, they going up into Jerusalem according to the custom of the feast, and having fulfilled the days, when they returned, the Child Jesus remained in Jerusalem, and His parents knew it not. And thinking that He was in the company, they came a day's journey, and sought Him among their kinsfolk and acquaintances. And not finding Him, they returned into Jerusalem, seeking Him. And it came to pass that after three days they found Him in the temple, sitting in the midst of the doctors, hearing them and asking them questions. And all that heard Him were astonished at His wisdom and His answers. And seeing Him they wondered. And His Mother said to Him: Son, why hast Thou done so to us? Behold Thy father and I have sought Thee sorrowing. And He said to them: How is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business? And they understood not the word that He spoke unto them. And He went down with them and came to Nazareth, and was subject to them. And His Mother kept all these words in her heart. And Jesus advanced in wisdom and age and grace with God and men.*

OFFERTORY ANTIPHON *Psalm 99. 1, 2*

Jubiláte Deo, omnis terra, servíte Dómino in lætítia: intráte in conspéctu ejus in exsultatióne: quia Dóminus ipse est Deus.

*Sing joyfully to God, all the earth: serve ye the Lord with gladness: come in before His presence with exceeding great joy: for the Lord He is God.*

OFFERTORY HYMN KINGS FROM THE ORIENT — Blue Hymnal #26

SECRETS

Oblátum tibi, Dómine, sacrifícium vivíficet nos semper et múniat. Per Dóminum.

*O Lord, may the Sacrifice we offer up to Thee ever quicken and protect us. Through our Lord.*

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut et gregis tui profíciat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum.

*By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord.*

PREFACE FOR THE EPIPHANY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia cum Unigénitus tuus in substántia nostræ mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

*It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; for when Thine only-begotten Son was manifested in the substance of our mortal flesh, with the new light of His own immortality He restored us. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, ever more saying:*

SANCTUS — Red Missal, page 28

CANON MISSAE — Red Missal, page 30

PROPER COMMUNICÁNTES FOR THE EPIPHANY

Communicántes, et diem sacratíssimum celebrántes, quo Unigénitus tuus in tua tecum glória coætérnus, in veritáte carnis nostræ visibíliter corporális appáruit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et...

*Having communion in, and keeping this most holy day, on which Thine only-begotten Son, who is co-eternal with Thee in Thy glory, showed Himself in true flesh and with a visible body like unto us; and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of the same our God and Lord Jesus Christ: as also...*

PATER NOSTER *Congregation recites only the concluding "Sed líbera nos a malo."* — Red Missal, page 38

AGNUS DEI — Red Missal, page 40

*Please kneel at the Communion Rail to receive Holy Communion.*
*Holy Communion in the Extraordinary Form is received on the tongue, and is not usually distributed in the hand.*
*If you cannot come to the rail, please inform one of the ushers, and Communion will be brought to you.*

COMMUNION ANTIPHON *St. Luke 2. 48, 49*

Fili, quid fecísti nobis sic? ego et pater tuus doléntes quærebámus te. Et quid est, quod me quærebátis? nesciebátis, quia in his, quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?

*Son, why hast Thou done so to us? I and Thy father have sought Thee sorrowing. How is it that you sought Me? Did you not know that I must be about My Father's business?*